



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

Pro damno personali an aliquid debeatur, num. 22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

dabit? certe in tanta indeterminatio-  
ne nullam, hæc ex Lessio.

f. Less. li. 2. c. 9. d. 25.

21. Verum, habe sequentem casum.  
Considerat Petrus testamentum, in  
quo disponebat, ut ex reditu, quem  
exacturus erat, ex sua pensione vitali-  
tia, centum Missæ pro se celebraren-  
tur; interim occisus est à Paulo, unde  
ex defectu census, qui ipsius morte  
cessavit, Missæ non sunt celebratae; ad  
quid obligatur Paulus?

Respondeo: Salonius, g. & qui-  
dem merito, ad eas Missas resarcendas  
obligat Paulum; si enim opifici à te  
restituendum est, quod per operas  
materiales tua causa minus lucratur,  
non video, cur à te non sit restituendu-  
m pro damno spirituali, quod quis  
tua causa invitus incurrit; nec obstat,  
quod modo diximus ex Lessio, nesci-  
ri, utrum satisfactio hæc occiso pro-  
futura sit; quia nec scitur contrarium,  
ergo res manet dubia negativè; in hoc  
autem dubio melior esse debet condi-  
cio disponentis. Quod si vere constet,  
occisum decepsisse in mortali (sed  
quando de Christiano tanta certitu-  
do?) tunc non urgeret prædicta obli-  
gatio; siquidem iniuriter pro illa a-  
nima eæ Missæ celebrarentur.

g. Salon. in 2. 2. qu. 2. ar. 2. contr. 4.  
f. 368. apud de Lugo l. 2. de iust. d. 22.  
seq. 1. n. 3.

*Pro damno personali an aliquid de-  
beatur?*

22. Dubitatur quinto, an pro ipsa  
vita, mutilatione, percussione vel ci-

carrice relicta, præscindendo à dannis  
alijs, de quibus jam haec tenus dictum  
est, aliquid restituendum sit? Respon-  
deo, nihil h. nec spirituale, nec tem-  
porale esse ex obligatione restituendu-  
m. Ratio potissima est, quia proba-  
bilis est sententia, docens, non esse  
obligationem restituendi bona supe-  
rioris ordinis, in bonis inferioris or-  
dinis, quando in eodem ordine resti-  
tui nequeunt; Et hujus ratio est,  
quia virtus iustitiae commutativa,  
qua est illa, qua restitucionem præci-  
pit, respicit æqualitatem: ergo ubi æ-  
qualitas inter duo jura esse non potest,  
illuc non se extendit iustitia. Cum er-  
go nulla hominis vita nec pars, ut ita  
loquar, vitæ, ulla pecunia, seu ullo  
bono inferiori æquari possit, sequitur,  
iustitiam non se extendere ad præcipi-  
endum, dari pecuniam, seu aliud bo-  
num inferius pro vita, &c. Ordo au-  
tem bonorum i. est hujusmodi. Pri-  
mum locum obtinet bonum salutis  
æternæ, sequitur bonum vitæ, &  
membrorum, tum honor & fama, de-  
nique facultates temporales. Proligas  
rationes, objectionumque solutiones  
de hac re lege, si libet, apud citatos, &  
vide, qua dicam infra, cum de resti-  
tutione famæ agam.

h. Sanc. l. c. conf. 6. 4. du. 1. zum. 7.  
Less. l. c. 1. dub. 23. multique recentio-  
res contra Sot. Scot. aliosq. dicentes, debe-  
re compensare pecunia, quorum sententi-  
am probabilem putat idem Less. lib. 2. c.  
9. d. 13. & c. 9. dub. 21. num. 140. V.  
Dicast. li. 2. de iust. tr. 2. dif. 7. dub. 4.  
n. 53. nobiscum sententem, citantemque  
Nav. Bannes, Petrum Nav. Vasq. Cov.  
aliosq. i. l. Less. li. 2. c. 11. d. 25.

Alium

